

## TIMOLEON.

- 1009 **T**IMOLEON Corinthius. Sine dubio  
 magnus omnium iudicio hic vir exti-  
 tit. Namque huic uni contigit, quod ne-  
 scio an ulli, ut & patriam, in qua erat natus,  
 1010 oppressam a tyranno liberaret, & a Syra-  
 cufis, quibus auxilio erat missus, invetera-  
 tam servitutem depelleret, totamque Si-  
 ciliam, multos annos bello vexatam, a bar-  
 1011 barisque oppressam, suo adventu in pristi-  
 num restitueret. Sed in his rebus non sim-  
 plici fortuna conflictatus est, & id quod  
 difficilius putatur, *multo sapientius tulit se-*  
 1012 *cundam, quam adversam fortunam.* Nam,  
 cum frater ejus Timophanes, dux a Corin-  
 thiis delectus, tyrannidem per milites mer-  
 cenarios occupasset, particepsque regni  
 posset esse, tantum abfuit a societate scele-  
 ris, ut antetulerit suorum civium liberta-  
 tem fratris salutem, & patriæ legibus optem-  
 1013 perare, satius duxerit, quam imperare pa-  
 triæ. Hac mente per haruspicem commu-  
 nemque affinem, cui soror ex iisdem pa-  
 rentibus nata nupta erat, fratrem tyrannum  
 1014 interficiendum curavit. Ipse non modo  
 manus non attulit, sed ne aspicere qui-  
 1015 dem fraternum sanguinem voluit. Nam,  
 dum res conficeretur, procul in præsidio  
 fuit, ne quis fatelles posset succurrere.  
 1016 Hoc præclarissimum ejus facinus non pari  
 modo